

QUÆSTIO II.

An ratione rei, in Judicio petita, vel controversa, possit exigi specialis cautio?

¶ In toto tit. ff. Si ex causa noxali agatur, quem admodum caveatur, signanter in l. si quis cum 1. in pr. constitutum legitur, quod, si dominus, ex delicto servi conveniatur, cavere debeat, se conditionem servi non mutaturum, quod actoris jus ulla parte fiat deterius: adeo ut etiam in causa criminali, qui servus fuerat, deinde liber sistatur, non bene listi censeatur, ex quo aliter de servo

aliter de homine libero supplicium sumitur. l. penult. ff. eod. Sed quia materia de servis hodie nullus aut rarus est usus, id saltem pro fori utilitate hinc rectè colligit Huberus ad tit. tit. in f. etiam res alias in eadem causa, quâ fuere tempore citationis, esse præstandas, earumque gratiâ cautionem ex justa causa, Judicis arbitratu, exigi posse.

QUÆSTIO III.

An ex parte Procuratoris vel Defensoris sufficiat cautio de rato?

¶ Disputatum de hac materia in cit. hoc cap. a num. 45. estque satis provisum in Jure, quod saltem ex parte defensoris sufficiat cautio de rato, etsi nullum mandatum exhibere queat per l. non solum 39. §. 5. 6. & 7. l. Pomponius 40. §. 2. ff. de Procurat. At juxta multorum locorum consuetudinem non admittuntur etiam Defensores cum cautio-

ne de rato, nisi mandatum expressum à suo principali exhibeant. Idemque in Ordinat. Salisburgens. de Processu Civili tit. von dem Vollmachten diseretè statutum est, quod, cum omnimoda securitas ex ejusmodi cautione non habeatur, sed potius Judicium eludatur & illudatur, penitus interdicitur sit.



SUPPLEMENTUM

AD

TRACTATUM III.

DE

PROCESSU JUDICIARIO
A TEMPORE LITIS
CONTESTATÆ.

CAPUT I.

De Litis Contestatione.

SUMMARIA.

1. & seqq. Declaratur, quomodo litis contestatio malam fidem operetur. 4. Allegatur Huberus, docens, ex citatione seu mota controversia jam causari malam fidem. 5. Actiones post litem contestatam activè & passivè tran-

seunt ad hæredes. 6. Qui tamen in Judicio Camera nihil in se tenentur suscipere, nisi citentur ad reassumendum processum. 7. Licet procurator adfuerit, à defuncto conveniunt.

QUÆSTIO I.

Qualiter Litis contestatio inducat malam fidem?

¶ Explicavi in hoc cap. n. 79. atque ad l. qui scit 25. §. ult. ff. de Usur. & fructib. ubi quis bonæ fidei possessor tamdiu habetur,

quâmdiu evictus fundus non fuerit, respondi, eam esse exaudiendam de facultate percipiendi fructus, quæ non aufertur possessori.

ri, usquedum, latâ sententiâ, fundus evinctur, licet tunc omnes fructus, à lite contestate perceptos, teneatur evincti restituere. In idem recidit explicatio Huberi ad tit. ff. de Judic. num. 23. quod nempe etiam usucapio, lite contestatâ, currat, & durante lite compleatur, dominiumque, si possessor absolutionem impetraverit, præter lucrum fructuum perceptorum, acquiratur; at, condemnatione secutâ, possessor rem tradere cogatur cum fructibus, & sic usucapio jam retrò à tempore litis contestatæ pro interrupta & malâ fide infecta censeatur. Quorum respexisse videtur textus in l. nec bona 10. Cod. de Prescript. longi temp. dum supponit, præscriptionem post moram litis contesta-

tionis compleri, sed condemnato non proficere, cum post motam controversiam in præteritum estimatur, id est, post litem contestatam pro interrupta & sublata reputatur.

Porro effectum, quem litis contestatio quoad malam fidem operatur, ex ipsa citatione, seu mota controversia, & intentione actoris reo propositâ consurgere, opinatur Huberus d. l. ob mox cit. l. nec bona 10. in verb. post motam controversiam & c. juxta l. litis pendente 2. Cod. de Litigios. & l. nemo ambigit 10. Cod. de Acquir. poss. ibi: interpellatione & controversia progressa non posse eum intelligi possessorem, qui, licet possessionem corpore teneat, tamen ex interposita contestatione & causa in judicium deducta super jure possessionis vacillet, ac dubitet.

QUÆSTIO II.

An Litis contestatio transferat litem activè & passivè ad hæredes?

¶ Cum ex præf. cap. num. 64. actiones, quæ suapte naturâ ad hæredes alioquin nec activè nec passivè transeunt, post litem contestatam in eos utroque modò transfundantur: consequens est, quod etiam lis jam mota & instantia judicialis, lite contestatâ, ad ipsos æquali ratione transferatur per l. hæres 19. in pr. ff. de Judic. l. sciendum 58. ff. de O. & A. l. Lucius 78. §. pen. ff. ad Sci. Trebellian. Mauritius in exercitat. de Citat. ad reassumendum tit. 5.

reassumendum processum citari debeant, uti prolixè ostendit idem Mauritius cit. l. thes. 7. & seqq. hinc, si quid contra hæredes, omisâ hac citatione, ageretur in judicio, illis majus præjudicium inferri non potest, quam si defunctus statim ab initio nunquam fuisset vocatus. Vid. citatus Author d. exercit. 7.

per tot. ubi etiam in thes. 14. singulariter observat, nihil ob stare huic citationi, quod processus fuerit agitatus per procuratorem, qui per litis contestationem dominus litis efficitur: nec enim expedit hæredibus, ut, quod procurator, à defuncto constitutus, agit vel omittit, ipsis ignorantibus aut invitatis imputari debeat.

Quia tamen de consuetudine in plerisque locis, præsertim in Summo Imperii Dicastrio Camerali, receptum est, quod hæredes, defuncto in lite contestata succedentes, ad

CAPUT II.

De Juramento Calumniæ.

SUMMARIA.

1. Juramentum calumniæ præstatur lite contestata. 2. Idè etiam in qualibet Judicii parte. 3. Cum ejus exigendi ratio in omni parte militet. 4. Præstatur etiam in exordio litis. 5.

Sed magis tunc juramentum malitia vocatur. 6. Poena recusantis juramentum calumniæ poenitentia submoveri potest. 7. Si ante sententiam adhuc præstetur.

QUÆSTIO I.

In qua Judicii parte præstandum sit Juramentum calumniæ?

¶ Supposui in principio hujus cap. Juramentum calumniæ lite contestatâ esse præstandum, conformiter textui in cap. cum causam 6. h. t. in f. l. cum & Judices 2. Cod. de Furejur. propter calumn. Quod tamen non ita intelligendum venit, quasi in ipso litis contestatæ momento, aut parvò post intervallò, sit præstandum: cum juxta cap. si de calumniâ 1. in pr. d. t. in 6. in qualibet Judicii parte interponi possit; quin & præstari valeat post P. Schmier Supplem. Jurispr. Canonico-Civilis.

conclusionem in causa, priusquam feratur sententia, uti permulti docent cum Clariss. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. sub num. 13. est enim & hæc extrema Judicii pars ab omni calumniæ suspitione haud libera, & si nullum etiam calumniandi periculum foret in futurum, saltem de tempore præterito, an omnia sincerè acta fuerint, securitas non habetur: cum tamen, qui jurat de calumniâ, etiam de præterito affirmare debeat, quod

quod litem absque calumnia inceperit d. l. cum & Judices 2. in pr. Cod. de Furejur. propter calumn.

4 Putat quoque citatus P. Schmalzgrueber, nonnunquam ante litem contestatam Juramentum calumniæ exigere posse, veluti quando reus opponit exceptionem dilatoriam, de qua prudenter timetur, an non calumniosè

proponatur: tamen id Juramentum, cum solummodo ad actum particularem coarctetur, magis dicendum sit Juramentum calumniæ speciale, quod alias Juramentum malitiæ vocatur: prout ipsemet P. Schmalzgrueber cum Passerino ad cit. cap. si de calumnia 1. in princ. d. t. in 6. num. 8. non differtur.

QUÆSTIO II.

An pœna, in recusantes Juramentum calumniæ statuta, eorundem pœnitentiâ submoveatur?

6 Resp. submoveri pœnam, si pœnitentiâ non fuerit nimis sera: quia enim in cap. prof. num. 55. & seq. docui, hanc pœnam non incurri ipsò Jure, sed præviâ Judicis sententiâ; hanc ob rem, si quis ante sententiam Ju-

ramentum, antehac recusatum, præstet, à pœna præservatur; sicut & in aliis casibus pœna, per sententiam imponenda, celeri morâ evitari potest. Abbas in cap. ult. d. t. num. 19. Magnif. P. König ad eund. tit. n. 28.

CAPUT III.

De Probationibus.

SUMMARIA.

1. & seqq. Argumenta negantium, quòd præsumptio, fama, confessio, & juramentum non sint vera probationis species. 4. Statuitur contrarium. 5. In specie de præsumptione. 6. & seq. De fama. 8. & 9. De confessione & ju-

ramento. 10. & 11. Disceptatur, an valeat pactum de certo genere probationum. 12. Probationes unius Judicii fidem conciliant in alio. 13. Contradictio Huberus. 14. & seq. Refellitur.

QUÆSTIO I.

An præsumptio, fama, confessio, & juramentum sint vera probationis species?

1 Non agnoscit has species Huberus ad tit. ff. de Probat. & præsumption. num. 6. Nam, ut ille differit, præsumptio in hac ipsa rubrica probationi opponitur. Fama tam ficti praviqve tenax Maroni quàm nuntia veri, nulli viro prudenti probationis locò habetur; illudque publicum testimonium rei notoriæ non facit fidem Judici per litigantes, dum de ejusmodi communi discursu nihilo magis partes, quàm ipse Judex, laborant; & quod jam constat, non opus est, ut probatione quærat, & Judici persuadeatur. 3 Eadem ratione confessio & jusjurandum non facit Judici fidem per argumenta ad hominem: quoniam penitus à secreto animi confidentium & jurantium pendet; rationes verò, quæ conscientiam unius tenent certitudine secretâ, non sunt ad hominem, non valent aliis persuadendis.

4 Nos è diametro relatas probationis species pro veris agnoscimus, ut patet ex cap. 4. n. 7. 8 & 9 quia omnes ita comparatæ sunt, ut faciant Judici fidem de re controversa aut factò dubio, vel plenam, vel minùs quàm plenam, pro varietate circumstantiarum; prout dictum in cit. loc.

5 Quòd probatio cum præsumptione in ca-

dem rubrica jungatur, minimè hinc licet inferre, unam alteri opponi: nihil enim in Jure frequentius est, quàm ut in una rubrica agatur de genere, & simul una vel altera species jungatur: id quod accidit in præfenti. Famam ex se fallacem esse, Poëtarum & Jureperitorum vox est; indeque, ut probet, antehac & ipsa probetur, necessum est ex dictis in cap. 9. num. 9. & seqq. Et, sicut in aliis probationum speciebus & partes & Judex laborare debent, ut fides pariatur per cap. judicantem 11. XXX. q. 5. ita & in fama accidit, quàm pars allegat, & Judex examinat. Confessionem & juramentum, vim probationis habere, statuit ipsemet Huberus: quid ergo causæ subest, ut, cum utrinque aliquid probetur, & confessio & juramentum à speciebus veræ probationis excludatur? Argumentum sanè ad hominem suppeditat non solum confessio, quæ, cum patefaciat etiam intima cordis penetralia, & confidentem contra se ipsum in testem adducat, fidem maximam Judici conciliat; sed etiam juramentum, quod DEUM ipsum in testimonium veritatis, dictis aut promissis nostris conciliandæ, adducit.

QUÆ.

QUÆSTIO II.

Valeatne pactum de certa specie probationis, cum exclusione ceterarum?

10 Non valere, post Fagnanum ad ad cap. si cut 2. h. t. num. 9. tuetur Clariss. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. num. 48. quia, si v. g. sponsus cum sponsa conveniat, ut, dissolutò matrimonio, pro restitutione bonorum aut donorum nuptialium, à conjugè superstite faciendâ, non alia admittatur probatio, quàm ex inventario, facile potest evenire, ut fraus interveniat, inventarium corumpatur, ac legitimæ probationes in præ-

judicium veritatis supprimantur: sicque pactum ejusmodi bonis moribus adversari, atque occasionem delinquendi præbere, consequenter invalidum esse videretur arg. cap. ult. de Pact. adeò ut neque, si juramentum accesserit, tale pactum convalescat: quippe cum juramentum nequeat inducere vinculum iniquitatis. Fagnanus d. l. n. 16. & seqq. Schmalzgr. ib. n. 49. Num verò hæc doctrina generatim sit recipienda? In dubio relinquo.

QUÆSTIO III.

Utrum probationes, quæ fiunt in uno Judicio, fidem faciant in alio?

12 Non possum non-cum affirmantibus sentire, quando in utroque Judicio concurrunt eadem personæ: siquidem jam in tract. 1. cap. 7. à num. 12. generatim conclusum est, acta unius Judicii etiam in alio Judicio vim habere; adeoque idem de probationibus concludendum erit.

13 Secessum à nobis meditatur Huberus ad ff. h. t. num. 13. fundans se in l. ult. Cod. de Testib. ubi dicitur, non cogi aliquem pati, ut adversarius probationibus, in alio productis Judicio, contra se in alio rursus utatur; nisi testes sint mortui: cæteroquin denuò examinandos esse, nisi aliter convenerint. Idque servari in suo foro testatur, ut conventionem partium opus sit, quò producta in uno

Judicio fidem in alio faciant, etiam inter easdem personas. At non obstat allegata l. ult. loquitur quippe de testibus, ab arbitro compromissario examinatis, qui, cum tanta cum diligentia fortè non examinentur, quanta adhibetur à veris Judicibus, à parte altera, contra quam producantur, non aliter admitti debent, quàm si ad novum examen vocentur; nisi aliter inter utramque partem tempore initi compromissi, quod præcisè dependet à voluntate compromittentium, conventum fuerit. Alioquin, de ipsis testibus, in Judicio semel examinatis, perspicuus textus est in cap. causam 11. de Testib. quòd in alio etiam Judicio cum suis attestacionibus sint recipiendi.

CAPUT IV.

De Confessione.

SUMMARIA.

1. Confitens, se accepisse pecunias mutuas, sed jam solvissè, tenetur probare solutionem. 2. & seq. Secus, si simpliciter fateatur, se jam solvissè. 4. Quid minor præcipui habeat in confessione, contra se factâ? 5. Explicatur.

6. Confessio post litem contestatam parit actionem judicati. 7. Ante litem contestatam parit actionem confessoriam. 8. A priori distinctam. 9. Ejus prædicata. 10. Praxis moderna.

QUÆSTIO I.

An conventus ex mutuo, si dicat, se solvissè, mutuum fateri censeatur?

1 Si quis, conventus ex mutuo, fateatur, se accepisse pecunias mutuas, sed jam solvissè, censeatur fateri mutuum in favorem actoris, teneturque solutionem, tanquam qualitatem, à mutuo penitus separatam, probare, ut dictum in hoc cap. n. 104. At, si abstrahendò à mutuo, num illud acceperit,

simpliciter dicat, se solvissè: quæritur, an mutuum hòc ipsò tacitè aut implicite censeatur fateri? Atque in ista hypothesi in contrariam sententiam ivi infra in cap. 10. à num. 71. ubi efficaciter ostendi, eum, qui excipit, per hoc intentionem actoris non confiteri juxta manifestum textum in cap. R 2 cum

3 *cum venerabili 6. de Except.* Cui sententia novissimè subscripsit Clariss. D. Herz de Magistratu lib. 2. cap. 3. p. 2. tit. 2. num. 35.

& solutionis exceptionem sub tacita conditione factam explicari posse, advertit, si actor probaverit mutum.

QUÆSTIO II.

An & quomodo minores, & qui eorum jure gaudent, contra propriam confessionem restituantur?

4 *Cum in hoc cap. num. 37.* observaverim, minores non restitui in integrum contra propriam confessionem, quando aut veritatem dixerunt, aut falsum aliquid in præjudicium adversarii dolosè facti sunt: scrupulus alicui oriri posset, quinam ergo casus superstit, in quo restitutio indulgeatur? cum etiam, si majorenes ex errore aut ignorantia quidpiam confiteantur, errorem suum...

revoCare non prohibeantur ex dictis in eod. hoc cap. à num. 114. Clariss. D. Herz cit. l. num. 7. hunc scrupulum ita dirimendum existimat, quòd minorenes non tantum restituantur, si falsum confessi fuerint ex errore vel ignorantia, sed etiam si ex juvenili imprudentia aut vano timore etiam scienter, seclusò dolo, id fecerint; quòdve levior tunc probatio recipiatur.

QUÆSTIO III.

An confessio judicialis pariat aliquam actionem?

6 *Refert hic,* utrum confessio sit facta in jure seu ante litem contestatam; vel in judicio, seu post litem contestatam. Si hoc; quia juxta præsens cap. num. 78. facta confessione, fertur sententia, datur actio judicati. Lauterbach in *disp. Tubing. vol. 1. de Confessione ib. 32.* Si illud; cum nulla ex num. 77. feratur sententia, ad exemplum actionis judicati conceditur actio confessoria per l. *inde Neratius 23. §. ult. l. provide 25. §. 1. & 2. ff. ad L. Aquil.* Veteres enim Romani, veluti scribit *cit. Lauterbach,* omnia ordine, ut quàmmaximè violentia abesset, fieri voluerunt; præsertim cum dubitari possit, an confessus sit reus, & insuper in causa executionis varia opponi queant.

thes. 33. quia reverà actor in hac actione novam petendi causam adducit, novòque nititur fundamentò; eòdem propemodum more, quò actio judicati ab illa, quæ movebatur in judicio, prorsus distincta est.

7 *Si illud;* cum nulla ex num. 77. feratur sententia, ad exemplum actionis judicati conceditur actio confessoria per l. *inde Neratius 23. §. ult. l. provide 25. §. 1. & 2. ff. ad L. Aquil.* Veteres enim Romani, veluti scribit *cit. Lauterbach,* omnia ordine, ut quàmmaximè violentia abesset, fieri voluerunt; præsertim cum dubitari possit, an confessus sit reus, & insuper in causa executionis varia opponi queant.

Hujus actionis prædicata, objectum, & effectum explanat idem Lauterbach *d. ib. 33. & mult. seqq.* quòd sit personalis, civilis, rei persecutoria & perpetua, deturque actori, cujus intentionem adversarius erat confessus, ejusque hæredibus, contra contentem & ejus hæredes ad hoc, ut præsent idipsum, quod alias ex re aut facto confessio præstandum foret.

8 *Et quamvis* aliqui hanc actionem non novam & distinctam, sed novà tantum qualitate auctam velint; ipsam tamen separatam, ac planè novam esse, tradit *cit. Lauterbach*

De reliquo præfatus Lauterbach *thes. 39.* docet, hodie, si reus citatus ante litem contestatam debitor simpliciter & purè confiteatur, Magistratum, omisà hac actione, nobilis Judicis officio contra confessum executive procedere.

CAPUT V.

De Testibus.

SUMMARIA.

1. *Recapitulatur* nostra sententia de testimonio Religiosorum judiciali. 2. & seq. *Opposita opinio cum sua refutatione.* 4. *Exceptio.* 5. & seqq. *Ampliatio ejusdem nostre sententia in negotiis extrajudicialibus.* 10. & seqq. *Agitur de testimonio Clericorum.* 13. & seqq. *Discentur, an Clerici & Religiosi possint cogi ad testimonium dicendum?* 16. & seqq. *Devenitur ad causas criminales.* 20. & seqq.

An in casu testimonii coram Judicibus Sæcularibus juramentum præstare possint? 23. & seqq. *Quales testes admittantur in Beatificatione vel Canonizatione Sanctorum?* Adstruitur. 28. & seq. *Disceptatur, an testis non-juratus omne fide destituatur?* 30. & seq. *Ostenditur, in quo idiomate testes examinari debeant.* 32. *Exponitur l. 1. §. ult. ff. de V. O.*

QUÆ-

QUÆSTIO I.

An & quatenus Clerici & Religiosi testes agere possint, & debeant?

1 *De Religiosis jam differui in hoc cap. n. 15. & seqq.* quòd, si accedat utilitas Monasterii aut Superioris licentia, licitè & validè testificentur; & ubi hæc requisita desunt, saltem validè deponant. Cui quidem...

opinionem se opponit Thomas del bene apud Eminentiss. Petram in *Commentar. ad Constitut. Apostol. tom. 2. pag. 404. num. 12.* ex eo fundamento, quòd examen testium sit actus Jurisdictionis, & consequenter nullum, quotiescunque fiat à Judice, non habente Jurisdictionem in Regulares; attamen ab eodem Petra refellitur, ac testimonio suus valor asseritur, ad minimum, quando pars adversa non excipit: quia rigorosè loquendò nullus actus propriæ Jurisdictionis exercetur in Religiosum, se sponte examini subjicientem; licque licentia Superioris non est necessaria, ex natura rei ad valorem testimonii, sed potius ex quadam decencia & honore Statùs Ecclesiastici concurrere debet. Ubi autem pars adversa excipit, videtur quidem secundum aliquos testimonium valore destitui; Rota tamen, ut testatur *cit. Petra num. 13.* non admittit hanc exceptionem, ut requiratur licentia Superioris Regularis, ut in *decis. 328. num. 2. coram Pœnia,* & in *Tiburтина immission. 21. Februarii 1721. §. nullius momenti coram hon. m. Pio.* Imò in causis extrajudicialibus v. g. testamentis, contractibus, similibusque negotiis ad testimonium Religiosorum nullam Superioris licentiam desiderat post alios Eminentiss. Petra *d. l. pag. 403. n. 9.* quia se ex una parte nulli Judici in hoc casu subjiciunt, proindeque Superiori Regulari nulla infertur injuria; ex altera parte nullibi reperitur in jure prohibitum Regularibus, ne in causis extrajudicialibus terant testimonium, ne quidem in *cap. ult. XIV. q. 2.* quòd enim ibidem dicatur: *quamquam testimonium Sacerdotum credibiliter habeatur,* tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro consiciendis instrumentis ad testimonium non rogentur, quia eos in talibus interesse non convenit; prohibitio non concernit Religiosos, quò minus, si rogentur, testes agant, sed Judices aut alios, ne Religiosos ad testimonium ferendum cogant, si veritas aliunde haberi possit, ut liquet ex verbis finalibus. Quòd autem ex generali regula Regulares non debeant se immiscere negotiis temporalibus, non impedit, ut non in una aut altera contingentia possint dare testimonium.

2 *De Clericis Sæcularibus extat prohibitio generalis Sylvestri Papæ in Synodo Romana, relatà in cap. testimonium 9. XI. q. 1. ibi: testimonium Clerici adversus Laicum nemo percipiat: nemo enim Clericum quemlibet in publico examine nare præsumat, nisi in Ecclesia.* Et idèd Emi-

nentiss. Petra *cit. tom. 2. pag. 404. num. 11. & 13.* pari ferè stylo discurret de Clericis Sæcularibus quoad testimonium, in foro Sæculari dicendum contra Laicum, non præhabita Episcopi licentià, sicuti de Regularibus; quantumvis hi minùs habeant de voluntate propria, arctiusque Superiorum arbitrio subdantur. Potestque huc æquè applicari textus in *cit. cap. ult. XIV. q. 2.* ubi indistinctè de Sacerdotibus sermo fit.

3 *An verò cogi possint Clerici & Religiosi, ut testimonium dent in foro profano, non quidem à Judice Laico, quibus aliunde nulla competit Jurisdictio in personas Ecclesiasticas, sed à suo Judice proprio & Ecclesiastico, saltem ubi veritas aliter haberi non potest?* Vix dubitandum est ob textum in *cit. cap. ult. in f. ibi: si autem evenit aliquo casu interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, ubi nulla idonea Sæcularium inveniuntur persona, ne veritas occultetur, & malus ut bonus aestimetur, in providentia proprii Episcopi sit, ut coram se & competentibus Judicibus, aut aliter honorificè veritatem attollant.* Glossa in *cit. cap. vers. occultetur & c.* etfi cum majori difficultate hanc coactionem quoad Regulares, utpote magis privilegiatos, procedere, notet *cit. Petra pag. 406. num. 20.* præsertim quoad Carthusianos, stricctissimam solitudinem profitentis, & speciale privilegium habentes ab Honorio III. ex Bulla, quæ incipit: *cum dilecti,* ne ad testificandum aut jurandum de calumnia inviti cogantur.

4 *In causa verò criminali, quando agitur ad pœnam sanguinis, Clericos & Regulares, sive volentes, sive coactos, non posse testimonium dare, plusquam notum est arg. cap. his à quibus 30. XXIV. q. 8. cap. clerici 5. cap. sententiam 9. Ne Clerici vel Monachi & c.* Quòd ipsum contra multos defendit Petra *d. l. pag. 406. num. 16.* etiam ubi non agitur ad pœnam sanguinis; referendò bifariam decisionem S. Congregationis Immunitatis in *una Fanuensi,* & in *una Monopolitana:* quia ex talibus attestationibus Clerici & Religiosi pluribus inimicitiis involvi, & consequenter à cultu Divino retrahi possent. Sed hoc intelligitur rursus in foro Laico: nam in Ecclesiastico videtur exigere necessitas, ut Clerici & Religiosi ad manifestandam veritatem adigantur: quippe qui in foro suo proprio nihil habent, quòd metuant, suo statui & conditioni adversum. Petra *d. l. num. 17.* Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra *num. 18.*

5 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

6 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

7 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

8 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

9 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

10 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

11 *Imò &, si agatur in foro Sæculari ad pœnam Sanguinis, ac Clericorum & Religiosorum testimonium sit necessarium ad ostendendam rei innocentiam, charitas postulat, ut sanguinem alienum omni possibili modò conservare studeant. Petra num. 18.*

R 3

Num

20 Num enumeratæ personæ, in foro Laicali in casibus permittis testimonium ferentes, possint coram Judice Sæculari juramentum deponere?

Affirmare non veretur Eminentiss. Petra pag. 407. num. 22. si accedat licentia proprii Superioris Ecclesiastici per textum in cap. in-hærentes 1. de Juram. calumn. in f. ubi, cùm decernatur, ut Episcopus inconsulto Romano Ponti-

fice, vel quisque Clericus inconsulto Prasule suo minimè jurare audeat, tacitè insinuat, accedente hac licentiâ juramentum non esse illicitum. De cujus praxi testatur quidem Spe-rellus for. Eccles. decis. 50. n. 4. attamen ex Cu-22 riæ Romanæ declaratione asseverat, non de- bere Episcopum id permittere absque licen- tia Sedis Apostolicæ; quod sanè extra Italianam vix obtinere credo.

QUÆSTIO II.

Quales testes requirantur in Beatificatione vel Canonizatione Sanctorum?

23 Dissolvit hanc dubitationem Eminentiss. Petra tom. 3. pag. 530. à num. 5. docet- que I. postulatorem seu procuratorem, etsi alioquin in causa, quam procurant, nequeant esse testes, in canonizationis causa admitti, si fide digni sint, eorumque dicta aliis admi-24 niculis fuleantur. II. non excludi Re- gulares, etiam ejusdem Religionis, cujus est canonizandus, ne quidem Confessarios: eò quòd agatur de utilitate & decore universali Religionis, & non de commodo Religiosi cujusdam in particulari; & cùm agatur de re gravi, affectus videatur purgari juramen-25 tò. III. ad minimum duos testes ad con- cludentem probationem requiri: est enim negotium maximi momenti; debentque tes- tes examinari cum ea diligentia, qua solet & de- bet in receptione testium adhiberi, sicuti rescri- pfit Innocent. III. in cap. venerabili 52. h. tit. neque locus est juramento suppletorio.

26 IV. quoad miracula distinguendum esse, an sit unicum, vel pauca; an verò plura. Nam

in priori supposito necessaria est probatio ri- gorosa: quia Servorum DEI sanctitatem ve- rè ostendunt miracula, suntque signa sancti- ficationis; in posteriori non ita rigorosè pro- ceditur: quia, unò vel alterò miraculò clarè probatò, reliquorum probatio ad canoniza- tionem non est amplius necessaria, indeque largiori modò expediri potest. V. virtu-27 tes posse probari absque duobus testibus de visu, sicque etiam per testes de auditu, si fide digni habeantur; vel etiam per unum testem de visu, adminiculatum cum fama, historiis, aliisque, quæ inducere valeant ani- mum Judicis ad sic credendum: nam, quia virtutes sunt difficilis probationis, quarum actus procedunt ab interno, nec ordinariè permanent extra actus, nec reiterabiles sunt post mortem, uti miracula, non debet Servus DEI, ex defectu probationis per tes- tes de visu, debitò cultu privari, si DEUS illius sanctitatem miraculorum gratiâ velit esse testatam & manifestam.

QUÆSTIO III.

An testimonium non-juratum omni fide destituatur?

28 Ita quidem decernitur in cap. fraternita- tis 17. cap. de Testibus 29. & cap. nuper no- bis 51. h. t. etiam si testes aliàs sint omni ex- ceptione majores. Magnif. P. König ad 29 eund. tit. num. 41. Nihilotamen minus apud me nullum est dubium, quin ex tali tes- timonio præsumptio non levis oriatur, ea,

quæ dicta sunt, esse veritati consentanea: cùm & testes, negotiis extra judicialibus ad- hibiti, & non-jurati, fidem pariant, ac ro- bur maximum conciliant. Ut adèò, si utrin- que æqualiter probatum sit, pars illa vincat, pro qua stat testis etiam unicus non-jura- tus, veluti docet Pirhing ad cit. tit. n. 123.

QUÆSTIO IV.

In quo idiomate testes examinari, & deponere debeant?

30 Testes in idiomate materno seu patrio ser- mone examinari, atque ab iis sua testi- monia deponi, uti & ab actuariò protocollo interi debere, subindicat Eminentiss. Petra 31 tom. 1. pag. 13. num. 30. Quia verò fre- quenter usu venit, ut Judex vel actuarius non intelligat linguam maternam testis exami- nandi, & vicissim testis examinandus ignoret linguam vernaculam Judicis aut actuarii, uti si v.g. Gallus aut Italus, germanicæ linguæ ignarus, in testem vocetur coram Judice vel

actuariò germano, linguam Gallicam vel Ita- licam non callente; tunc utique nihil obsta- bit, quòd minus in lingua latina, si eam Ju- dex, actuarius, & testis sciverint, examen & depositio testium instituantur; & si nulla 32 inter ipsos idiomatum sit communicatio, erit adhibendus interpres, cui uni, deficientibus aliis, quoad expositionem peregrini sermonis, fides plena tribuitur per l. stipulatio 1. §. ult. ff. de V.O.

CA-

CAPUT VI.

De Instrumentis.

SUMMARI.

1. Libri baptismales faciunt plenam fidem, etsi in eo conjugati & mortui simul inscribantur.
2. Est pro singulis disjuncti libri prescribantur.
3. Et licet parochi se non subscribant. 4. & seq. Aut ordine præpostero fiat inscriptio. 6. & seq.

Adèò ut etiam probet in ordine ad successionem in primogenitura. 8. Per consuetudinem scripturis privatis potest plena fides compe- tere. 9. & 10. Id quod dupliciter con- firmatur.

QUÆSTIO I.

Quantam fidem faciant libri baptismales, matrimoniales, mortuales?

1. Quòd plenam fidem faciant, statuimus in hoc cap. n. 28. Quæ conclusio amplia- tur I. ut procedat, etiam si in uno eodem- que libro baptizati, conjugati, & demortui promiscuè inscribantur: cùm & alii libri v.g. protocolla peræpe contineant negotia di- versi generis, & tamen plenam fidem ope- rentur à persona aut Officiali publico, cu- jus auctoritate scribuntur. Rota Roman. decis. 207. num. 5. & 6. coram Duran. & in Salisburg. primogenit. de Lodron die 8 Junii 1711. coram Scotto. Barbosa de Parocho p. 1. cap. 7. num. 4. non obstante, quòd juxta ritum & ordinationem alicujus diocesis Parochus de- beret habere separatim librum pro baptiza- tis, & rursus separatim pro aliis: nisi enim adjiceretur clausula irritans seu annullativa, posset quidem Parochus ob suam negligenti- am puniri, absque eo, quòd liber propterea vim improbandi amittat. Glossa in Clem. 1. verb. inhibentes post med. de Jure patron. Abbas ibid. num. 1. Rota coram Duran. decis. 117. n. ult. & decis. 206. num. 10. & in recent. p. 1. decis. 34. num. 2. & in ead. Salisburg. primogenit. die 20. Febr. 1717. coram Ansaldo. Amplia- tur II. ut subsistat etiam in casu, quò Paro- chus baptizans se non subscripsit: dummo- dò enim scribatur nomen & dies baptizati, fides baptismi sufficienter probatur: quia, ut in puncto judicavit Rota in d. Salisb. coram Crispo die 1. Julii 1712. §. eodemque pondere in f. speciale est in hac materia, ut cæca fides

sit libro tribuenda ex adductis per Rotam coram Duran. dicta decis. 207. n. 14. Am- pliatur III. ut nihil fides imminuatur, si in tali libro quædam ordine præpostero conscri- bantur, ac v.g. infans, qui baptizatus est Anno 1727. primùm inter baptizatos An- no 1728. referatur, sed cum adjectione diei & Anni 1727. nam vis probationis non con- sistit in ordine scripturæ, sed in fide Parochi & ministri, ad id specialiter electi. Rota d. decis. 207. n. 2. & 18. coram Duran. & in di- cta Salisb. primogenit. coram Scotto §. ejusdem re- levantis &c. & quod ita præpostere est posi- tum, ostendit potius vigilantem scribentis curam in annotatione eorum, quæ ex obli- vione prætermissa erant. Rota in eod. Sa- lisburg. coram Cerro §. ab hisce &c. Am- pliatur IV. ut liber baptismalis ætatem opti- mè probet etiam in ordine ad successionem in primogenitura & majoratu in concursu alterius de eodem genere. Rota in rec. p. 7. decis. 213. n. 3. & p. 9. decis. 219. n. 45 & seq. quia, ut loquitur Card. de Luca de Judic. disc. 30. num. 9. juxta modernum usum Ca- tholicorum pueri intra brevem terminum post nativitatem in eo loco baptizari solent, nullaque tunc viget ratio vel suspicio affe- ctationis vel fraudis, de qua suspicari li- ceat, dum casus futuri circa successio- nem, an & quando locum habituri sint, tunc temporis necdum provideri pos- sunt.

QUÆSTIO II.

An consuetudine fieri possit, ut instrumentum privatum operetur plenam fidem?

8. Affirmandum censeo: quia, si consuetu- do facere possit, ut aliqua instrumenta semi-plenè probent, veluti de libris merca- torum cum communi asserunt dedimus in hoc cap. n. 132. & seqq. cur efficere non pos- sit, ut aliquæ scripturæ privatæ operentur fidem plenam?
9. Profectò consuetudinis ea vis est, ut Ju- risdictionem personæ alioquin privatæ tri- buere valeat: habebit igitur eandem vim,

ut etiam scripturæ, ex se privatæ, tantam fi- dem conciliet. quantam persona, Jurisdic- tione prædita, eidem tribuere possit. At- que hoc non obscurè indicat Innocentius III. in cap. cùm dilectus 9. h. t. in verb. si consuetu- do illius patriæ contineat observata &c. suppo- nens, quòd, sicut in aliis rebus, ita etiam circa fidem instrumentorum multum roboris habeat consuetudo.

CA-